Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

cipias cum in communione. ne rogantibus his qui
uenturi sunt ad te quos ille direxit. ueniam ei
prestes. Hec que tibi manifestaui duobus presbiteris
ut nota facias. ut ipsi post te anathematizan
do abiciant. ne illius errore populus decipiatur. Ex
hortacionis quoque sermonem eis faciens. ut in catho
lice fidei unitate manerent commendans eos
domino in quem confiderant dimisit in pace. Nimio
uero amore illius cum populi circa carcerem detinerentur.
et aperte de carcere educi beatus petrus
cum non posset noctis medio tribunus una cum
militibus rupto pariete carceris per modicum fo
ramen. ad locum ubi decollandus erat. perduci precepit.
Sanctus igitur petrus oratione facta ad sepulchrum
beati marci euangeliste et sanctorum successorum aniani.
demetrii. eraclii. theogene. inclinans genua
sua. et gratias agens deo. qui eum meritis suis asso
ciasset. extendit ceruicem suam gladiatori atque
percussus martirii palmam adeptus est. Et reuerenter
inde a christianis sublatus in loco qui dicitur beoca
dos in cimiterio quod ipse edificauerat. ad
orientem ciuitatis alexandrie sepultus est.
Hic quociensque ingrediebatur in misiastium
et ascendebat ad superioris pu ... locum ora
tione facta et pace data populo. uidebat ignis
splendorem quasi egredientem de sede. ad cuius
fulgorem mensis considerata humilitate retro
se deponebat. ut numquam in trono eminen
tiori ubi ipsi sederant. sed super scabellum pedum
illorum sederet. Passus est autem hic beatissimus episcopus
tempore maximini imperatoris. qui decimam perse
cutionem a diocletiano et maximiano ceptam in
orientis partibus exercuit. cum quo simul et
alii plures ex egypto episcopi trucidantur. fere cum
clericis et laicis sexcenti sexaginta.

Prologus in passionem sancte
katerine uirginis et martiris.

Quorum sanctorum fortia gesta.
ad memoriam posterorum transmis
scribimus. quid aliud agimus.
nisi ut tradicam quodam incen
tiuum bellicum proponentes. per
quod inbelles animos auditorum ad bella dominica
accendamus. ut cum pro laboribus exercitiis coronas
acquisitas audierint. iam certi de spe retri
butionis. ardentiores fiant ad tolerandas
passiones. hoc sane prouidentes. quia non leue
aut inane constat esse premium. pro quo sancti dei cor-

pora sua. diris tormentorum suppliciis tradiderunt.
Hec michi causa exstitit. qua gloriose uirginis
katerine memorabilem certaminis agonem.
stili officio proposui enarrandum. ut dum infirmi
oris sexus constantiam. et inbecillem etatis uir
tutem attendimus. hoc nobis ad ignominiam. et
obprobrium uertere quis esse dicatur quod puellas tene
ras pugne et ferrum ad patriam celestem tendere
uidemus. et nos barbati homines nec pace sequi
curamus. Sed forte aliquis dicet. fides catholica
per totum orbem disseminata est. christi nomen gentes
ubique fatentur. et quia christianitas ipsius princi
pibus iam religiosa. iam fidelis extitit. iamque
persecutionis procella detinuit. iam uincula.
et uerbera. carceres. et eculeos. et cetera tormentorum
genera procul cessisse manifestum est. et ideo christi
colis iure non potest imputari. si his nostris tem
poribus penarum generibus non probantur. quia persecutio
nis occasio sedata pace iam quieuit. Huic
quisquis ille est tale damus responsum. Virgo hec non
uniformi persecutionis genere impugnabatur.
cui a fronte externus hostis. a tergo incumbebat
domesticus et occultus. Qua enim intelligen
da persecutio. que inmanior et magis noxia
est. quam non materialis intorquet seueritas. sed
nec uiciosorum arguit aduersitas. Porro hec
generosa uirgo. gemina obpugnantium
acie circumsepta. et furentem ui persequentium
rabiem constanter euicit. et conglobatas uici
orum acies uiriliter debellauit. Vnde gemino
gloriosa triumpho. utiliter ut spero ad informan
das mentes proponitur. que puellari corpore sic sexum ui
cit et seculum. ut et noxia carnis oblectamenta
uitaret. et uictoriosa passione tormentorum
genera superaret. De hac quoque pro edificatione
locuturi. tale sumamus exordium.

Tradunt annales hystorie. quod constan
tinus qui gubernacula imperii a patre
constantino suscepit. qui uno et triginta
annis moderator egregius imperium tenuit.
pacem ecclesiis post decem annos quibus a persecu
toribus uexabantur indulsit. Hic constantinus
cum rem publicam strenue in gallis pro
curaret. pretoriani milites rome maxentium
herculii filium. qui priuatus in lucania mo
rabatur augustum nuncupauerunt. Ipse uero re
pentina rabie incitatus. ecclesiam christi zelo
ydolatrie persequi constituit. et ad prophana sa